

Deuteronomium

97

de manu fortioris: miseritq; manum et apprehenderit verenda eius: abscides manum illius: nec flecteris super eam vltra misericordia. Non habebis in sacculo diuersa pondera: maius et minus: nec erit in domo tua modius maior et minor. Pondus habebis iustum et verum et modius equalis et verus erit tibi: ut multo viuas tempore super terram quam dominus deus tuus dedit tibi. Abominat enim dominus eius qui facit hec: et aduersatur omnem iniusticiam. Memero que fecerit tibi amalech in via quando egrediebaris ex egypto: quomodo occurrit tibi et tremos agninus tui qui lassum residebant ceciderit: quando tu eras fame et labore confectus et non timuerit deum. Cum ergo dominus deus tuus dedit tibi requiem et subiecerit cunctas per circuitum nationes in terra quam tibi pollicitus est: debis nomen eius sub celo. Cauene oblitiscaris.

XXVI.

Quoniam intraueris terram quam dominus deus tuus tibi daturus est possidendam et obrinueris eam atq; habitaueris in illa: tolles de cunctis frugibus tuis primitias et pones in carrallo: pergesq; ad locum quem dominus deus tuus elegerit ut ibi inuocet nomen eius: accedesq; ad sacerdotem qui fuerit in diebus illis et dices ad eum: Profiteor hodie coram domino deo tuo quod ingressus sum in terram pro qua iurauit patribus nostris ut daret eam nobis. Suscipiensq; sacerdos carallum de manu tua ponet ante altare domini dei tui et loqueris in conspectu domini dei tui: Syrus persequetur patrem meum: qui descendit in egyptum et ibi peregrinatus est in paucissimo numero: creuitq; in gentem magna: ac robusta et infimite multitudinis. Afflixeruntq; nos egyptii et persecuti sunt imponentes onera grauissima et clamauimus ad dominum deum patrum nostrorum

qui exaudiuit nos et respexit humilitatem nostram et labore atq; angustiam et eduxit nos de egypto in manu forti et brachio extenso in ingenti pauore in signis atq; portentis et introduxit ad locum istum et tradidit nobis terram lacte et melle manantem. Et idcirco nunc offero primitias frugum terre quam dominus deus dedit mihi. Et dimittes eas in conspectu domini dei tui: et adorato domino tuo epulaberis in omnibus bonis que dominus deus tuus dedit tibi et domui tue: tu et leuites et aduena qui tecum est. Quando compleueris decimam cuncatarum frugum tuarum anno decimarum tertio: dabis leuite et aduene et pupillo et vidue ut comedant intra portas tuas et saturentur: loquerisq; in conspectu domini dei tui. Attuli quod sanctificatum est de domo mea et dedi illud leuite et aduene et pupillo ac vidue sicut iussisti mihi. Non preterui mandata tua: nec sum oblitus imperij tui. Non comedi ex eis in luctu meo: nec separavi ea in quibus liber immundicia: nec expendi ex his quicquid in re funebri. Obediui voci domini dei mei et feci omnia sicut precepisti mihi. Respice de sanctuario tuo et de excelso celorum habitaculo et benedic populo tuo israel et terre quam dedisti nobis sicut iurasti patribus nostris: terre lacte et melle mananti. Hodie dominus deus tuus precepit tibi ut facias mandata hec atq; iudicia: ut custodias et impleas ex toto corde tuo et ex tota anima tua. Dominum elegisti hodie ut sit tibi deus et ambules in uisibus eius ut custodias ceremonias illius et mandata atq; iudicia et obedias eius imperio. Et dominus elegit te hodie ut sis ei populus peculiaris sicut locutus est tibi et custodias omnia precepta illius et faciet te excelso et cunctis gentibus quas creauit in laudem et nomen et gloriam suam: ut sis populus sanctus domini dei tui sicut locutus est.

Dei. iij.